

COMMUNICATIONES

RAYMUNDUS TELLERÍA

REV. MUS THOMAS FALCOIA,
EPISCOPUS STABIENSIS ET S. ALFONSI DIRECTOR,
nobis fit obvius in quibusdam tabellionum instrumentis.

INTRODUCTIO

Rev.mi Thomae Falcoiae, Antistitis Stabiensis, clarum nomen ac beata memoria semper fuerunt ac manent in honore apud Congregationem nostram, utpote qui huius cunabula primumque vitae decennium honoravit et comminus stimulavit. Iure meritoque, praesertim labentibus lustris hodiernis, illius res gestas in lucem prodiderunt Congregationis alumni, tum ope biographiae apparatu critico munitae (1), tum per epistolarii falcoiani publicationem prorsus commendandam (2). Inde lumine sufficienter historico emicant illius tractus humani, gratia divina et virtutibus haud communibus perfusi.

At quoniam in investigatione archivorum effugiunt nos fere semper anguli plus minusve absconditi, attentionem convertere liceat ad notarios coevos, fungentes munere suo in civitate Castri Maris: quos sane olim pervolvimus in Archivo Notarili neapolitano, posthac vero consulendos monemus apud propriam eorum sectionem in Archivo Status neapolitano. Quattuor saltem recensentur notarii Stabienses pro tredecennio 1730-1743, nimirum: Antonius de Porto, Franciscus de Majo, Ianuarius Bruni et Ferdinandus Grosso. Ex quibus, sicuti crebro in nostris articulis commonuimus, prodit foras effigies verior, fere tangibilis, illius societatis tam sub aspectu politico atque oeconomico quam familiari ac religioso (3).

(1) Cfr O. GREGORIO, *Mons. Tommaso Falcoia*, Roma 1955.

(2) T. FALCOIA, *Lettere a S. Alfonso de Liguori, Ripa, Sportelli, Crostarosa*. Testo critico, introduzione e note a cura di O. GREGORIO, Roma 1963. — *Id.*, *Frammenti di Mons. Falcoia: Spic. hist.* 10 (1962) 337-346.

(3) Triplicem societatis insinuatam aspectum deprehendet intimius lector huius sectionis archivi citati. Ad coetum namque ecclesiasticum quod attinet, plures ecclesiae atque ordines religiosi memorantur in protocollis coevis, quorum acta diurna nobis mandarunt testimonia haud spernenda, v. gr.: 1. *Not. Francesco de Majo*, an. 1735, f. 117: *Costituiti in nostra presenza li RR. PP. Priore [subduntur nomina singulorum] in ven.li conventu S. Crucis Ordinis Praedicatorum...* - An. 1736, f. 1: « Il R.do Par.co del SS. Salvatore, D. Giuseppe de Majo, M.ro Deputato della Ven. Cappella soto il tit° di S.M. di Costantinopoli del Terziero di Scanzano » (Item: an. 1737, f. 135). - An. 1737, f. 247: « P. Priore e PP. della Ven. Chiesa di S. Maria del Carmine ». - An. 1740, f. 193: « Le RR. Sig.re Moniche di S. Maria della Pace dell'Ordine carmelitano di questa città ». - 2. *Antonio de Porto*, an. 1734, f. 209: « Real monat° di S. Maria a Pozzano... Fratrum Minorum S. Francisci de Paula Castri Maris ». - An. 1735, f. 75: « Convento de' PP. Cappuccini Castri Maris ». - An. 1736, f. 67v: « In Ven.li conventu S.M. de Monte Carmelo Castri Maris... Li RR. PP.

Occasionalem nostram communicationem nihil aliud decet quam breviter sublineare quaedam facta Rev.mum Falcoia respicientia, quibus documenta infra relata conferunt novas illustrationes. Prae aliis siquidem enodatur quodammodo dubium (4) circa fundamentum traditionis, quae ligat familiam Falcoia cum civitate Luceriae. Illius namque a sorore Margarita nepos, scilicet D. Caelestinus della Rocca, inducitur insignitus nobilitate Lucerensi et muneratus a Rev.mo Praesule pretio cuiusdam domus, de qua loquitur abunde instrumentum publici tabellionis (*Doc. VI*).

Mox indirecte participes reddimur solemnibus ingressus Rev.mi Falcoiae in suam dioecesim die 14 ianuarii an. 1731, et quidem insidentis « equae albae » (*Doc. I*). In hac siquidem occasione sese publice ostendit zelotypa civium Stabiensium indoles, quam postmodum haud semper aequa lance praetentavit Antistes: unde oriebantur lites, querelae, criminationes et interdum canonicae censurae. « Punctum honoris », ubique in regno neapolitano sacrum illo aevo, colebant ardentius incolae isti nobiliores, quorum coetus sive « Regimento » civitati praepositus gloriabatur se nulli feudali iugo subesse, sed immediatae regis auctoritati a delegato gubernatore exercitae (5). In hos igitur opinionis publicae scopulos impexit se non semel Rev.mus Falcoia, prout annales episcopatus sui commostrarant (6) et sicuti infra confirmat contentio inter Praesulem ac sodales S. Catharinae (*Doc. III*).

Haud dissimili litigandi ardore agebantur Capitulares Stabienses, ecclesiae cathedrali addicti, quorum machinationes et coram tribunalibus reclamaciones sagittarunt ultra decennium zelantem Praesulem: hunc portendit protestatio infra relata (*Doc. II*) quasi a canonicis devictum et, saltem partim, a S. Congregatione de Concilio rectificatum. Re quidem vera bellicosi cano-

Priore...capitolamente congregati ». - An. 1739, f. 252: « Ven.le Collegio della Compagnia di Gesù di questa città ». - 3. *Domenico Mosca*, an. 1742: « Parr.le Chiesa dello Spirito Santo della Fontana di questa città ». Quae sane tabellionum indicationes manent purgandae ac complendae cum elencho officiali (Arch. di Stato, Napoli. Castato, Castellamare, v. 119: Rivele [ecclesiasticorum]), ut collatione facta sit praesto summa operatorum, quibus uti licebat Rev.mo Falcoiae intra dioecesis ambitum. Per trausennam animadvertimus quod illa aetate, secus ac nonnulli adseverant, nomen civitatis (latine Castrum Maris) scribitur « Castello a Mare » sive « Castellamare »: sub finem vero saec. XVIII: « Castellammare ».

(4) Cfr O. GREGORIO, *Mons. Tommaso Falcoia* 5-6, 281. - Apud protocolla notarilia comperimus interdum cognomen Falcoia, cuius subdimus breviter indicationem: « Die 16 maij 1685. Constitutis Adm. R.do D. Thoma Montone... Ven.lis Congregationis Fratrum centum Sacerdotum Sanctae Mariae Humilitatis... Et mag.cis U.I.D. Ioseph et Franciscus Falcoya, heredibus qm. Ioannis Hieronymi Falcoya, eorum patris ex testamento ». Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Fiorentino Carlo Aniello, an. 1685, f. 42-49. - Item: « Die 6 martij 1688... Soror D. Ioanna Falcoya, ad praesens abbatissa Regalis collegii Virginum S. Mariae Constantinopolis ». *Ibid.*, an. 1688, f. 34.

(5) « Punctum honoris » municipes Stabienses adeo excruciat, ut protocollum notarile subscribendum dixerint de facto ac de modo incensationis: [*Ad oram*: Civitatis [*id est, municipum*] de Stabia receptio incensus tempore Missae cantatae a can.co Parato]. Die 11 maij 1738, et proprie in Ven. Eccl^a cathedrali tempore solemnitatis missae cantatae pro festivitae Protectoris Sancti Catelli. A requisizione fattaci per parte dell'Ill.mi Sig.ri del Regimento di d^a Città, Sig. Ottavio d'Avitaya sindaco de' nobili... ci siamo conferiti nella chiesa cattedrale... Dal d^o D. Catello Bruno, diacono parato, si è dato l'incenso prim.te al Regio Sig. Gov.e D. Alessandro Andosilla, e successiv.te al Sig. Sindaco de' nobili, Sig. Sindaco cittadino, Sig. Eletto de' nobili, Sig. Eletto del popolo e Sig. Eletto de' Terzieri ». Arch. Not., Napoli. Antonio de Porto, an. 1738, f. 230. - Item: fol. 287: « Die 16 iulij 1738. In ecclesia cathedrali tempore missae cantatae pro adventu Reginae Mariae Amaliae ».

(6) R. TELLERIA, *S. Alfonso Maria de Ligorio*, I, Madrid 1950, 313-315. - O. GREGORIO, o.c. 289 ss.

nici, iuribus suis seu potius commoditatibus adhaerentes, constituebant parvum agmen cunctis circumquaque formidandum adeoque de suis etiam honorificis praerogativis sollicitum, ut easdem obscurandas fore vererentur ex sola cuiusvis simplicis sacerdotis praesentia in scamnis choralibus tempore functionis occasionalis (*Doc. IV-V*).

Quae hucusque diximus, minime exulant a circuitu alfonsiano nostri *Spicilegii*: instrumenta siquidem notarialia reproducent atmospheram illam seu « ambientem » Stabiensem, S. Alfonso familiarem ob suas visitationes atque praedicationes intra civitatis vicos et angiportus. Praeterea, ex documentis firmatur (aut diluitur?) opinio eorum, qui Rev.mi Falcoiae indolem pinxerunt atra bili noxiam et praeciipiendi cupidine actam, et quidem a tempore suae praepositurae inter pios operarios. Quidquid de hac opinione sit, indubium manet S. Alfonsosum mox ad sedem episcopalem evectum effugisse cura maxima quodvis dissidium cum Sanctagathensibus Capitularibus, quin tamen vereretur eisdem singulatim intimare leges canonicas.

S. Alfonsosum eiusque Institutum necnon sanctimonialia Scalenses directe efficiunt nonnullae Rev.mi Falcoiae clausulae testamentariae, quas ex notario D. Francisco de Majo tractas vulgavimus alibi ad usum privatum (7), nunc autem ab integro revidimus et notis amplioribus ditavimus, attenta etiam instrumenti significatione morali. Praesulis siquidem physionomia spiritualis cuique legenti revelatur ibidem caritatis fulgore cincta, quatenus immemor contradictionum donavit Capitulo Stabiensi bona cuncta quae ipsi supererant post donationes egentibus largitas. Vivide quoque praefulget ipsius benevolentia suprema erga duplex SS. Salvatoris Institutum, monialium nempe Scalensium ac missionariorum afflante S. Alfonso evangelizantium plebem (*Doc. VII*).

Ast dum in testamento valedixit praefatis sanctimonialibus, se ipsarum nuncupans conditorem, legislatorem ac multos annos ducem spiritualem, nihil simile e converso affirmat super missionariis alfonsianis: quibus moriens legavit, in pignus extremi amoris, gemmam sibi pretiosiore (8), parvam scilicet tabulam depictam B.M.V., probabiliter sub titulo « delle Grazie » seu « della Potenza », quae fere ab immemorabili colebatur in ecclesia neapolitana S. Georgii, piis operariis concredita (9), et quae post Rev.mi Falcoiae obitum adnumerata fuit inter imagines eximias a Capitulo Vaticano solemniter coronandas (10). Ita demum contigit quod haec Deiparae advocatio, olim

(7) *Analecta CSSR* 29 (1957) 109-113.

(8) Die 25 martii eiusdem an. 1743 scribebat P. Sportelli: « Ieri fece il suo testamento...: la gemma sua più cara, anzi unicamente cara, cioè l'immagine di Maria SS.ma, a noi » (*Epistulae Ven. S.D. Caesaris SPORTELLI*, Roma 1937, 85).

(9) Apud archivum neapolitanum piorum operariorum (hodie catechistarum ruralium, Via Roma, Chiesa di S. Nicola alla Carità) prostat codex, cui titulus: *Platea seu Notitia della Ven. Cappella della Madonna delle Grazie, vulgo detta della Potenza, eretta nella chiesa di S. Giorgio Maggiore de' Padri Pij Operai, e di tutte le entrate che possiede. Anno 1757*. Praemittitur copiosa notitia super S. Georgii ecclesia primitiva ac super recentiore. Item (f. 8v) super « confraternita de' laici del SS. Sacramento ».

(10) Petitionem et processum informativum, ex delegatione card.lis Sersale, promovit an. 1756 Rev.mus Ludovicus Sabbatini d'Anfora, pius operarius ac episcopus Aquilanus, necnon S. Alfonsi valde amicus. Is collegit plurima testimonia fidelium et piorum operariorum, adserentium favores ac miracula devotissimae Imaginis. Singulatim connotant quod dum P. Ludovicus Sabbatini (P. Falcoia socio) « fu destinato a fondare la nostra

confortans primos pios operarios ipsumque Rev.mum Falcoiam Romam petentes ad eorum Institutum in Alma Urbe stabilendum, transmitteretur in star caelestis palladii Congregationi alfonsianae, quae S. Alfonso auspice delegaverat Ven. P. Caesarem Sportelli, Nuceriae Paganorum superiorem, ut sanctum Praesulem e vivis discedentem confortaret atque in Domino laetificaret.

DOCUMENTA

I

Ingressus Rev.mi Thomae Falcoiae ansam praebet disputationi inter municipes Stabienses.

Arch. Not., Napoli. Ferdinando Grosso, an. 1731, f. 6v-7.

J.M.J. Die decima quarta m.s Januarij mill.mo sep.mo trigesimo primo in civitate Castris Maris de Stabia.

A requisizione fattaci dall'Ill.mi Signori del Regimento di questa città, cioè Sig. D. Ottavio Avitaya, sindaco de' Nobili, Sig. Catello Marturi, sindaco de' cittadini, Sig. Loffredo de Rogatis, eletto de' Nobili, Sig. Nicola Cuomo, eletto del popolo, e mag.co Notar Bartolomeo di Majo, eletto de' 3ri [Terzieri] (11): i quali questa mattina di domenica verso l'ora diecisette incirca tutti unitamente si ritrovavano nell'atrio della Ven. Chiesa di S. Maria dell'Orto di questa città, sita fuori la porta del Quartuccio: i medesimi asserirono in presenza di me sottoscritto, Reale Giudice, e testimonij a tali effetto rogati qualmente stando aspettando in d° luogo l'Ill.mo e Rev.mo D. Tommaso Falcoia, Vescovo di questa pred^a città, il quale doveva fare l'ingresso solenne, et a tale affetto i medesimi hanno ammanito tutto quello ch'era necessario et opportuno per l'ingresso sud^o.

E poichè hanno fatto fare un Pallio di sei aste per asportare d° Monsig.re per la città sud^a, e ritrovandosi il Sig. Governatore (12) poco bene, che non

Congregazione in Roma, si fecero da' PP. ferventi preghiere avanti di questa S. Imagine.. Ogni sabato e ogni mercoledì i PP. dopo il vespro e l'orazione mentale, andavano a recitare le litanie avanti d^a Imagine ». Hanc testes compellant: « Antichissima Imagine di Maria detta della Potenza, o sia delle Grazie ». - Biblioteca Vaticana, Arch. del Capitolo di S. Pietro, Madonne coronate, vol. IX (1755-1762) f. 75-141: Madonna della Potenza di S. Giorgio. - De facto autem coronatus differri debuit, quatenus in eodem Archivo (vol. 30, Impensae Coronarum, n. 288, an. 1780) legimus: « 7 januarij. Delegat. coronationis B.M.V. et P[ueri] Ifesu] de Potentia S. Georgii Maioris Neapoli: 76 [scuta] ».

(11) Scribit geographus coaevus: « Contiene questa città certi Casali, o siano Terzieri, cioè Scanzano, Botteghelle, Quisisana ed altri, che vanno annessi alla popolazione di essa... fa di popol. 13. 672 ». G.M. ALFANO, *Istorica descrizione del Regno di Napoli*, Napoli 1795, 39.

(12) Politicum civitatis regimen subiit mutationes tempore episcopatus Rev.mi Falcoiae, quatenus adveniente an. 1734 Carolo Borbone fiebat magis strictum legamen civium cum familia Farnese. Feudi namque immediata dependentia a regia dominatione implicabat quod lites aut frictions inter Stabienses deferebantur celerius ad tribunalia aulica: sicuti an. 1741 contigit Rev.mo Falcoiae, qui a neapolitanis ministris vocatus fuit « ad audiendum verbum regis », etsi de facto mox excusatus venit propter suas infirmitates. Cfr. R. TELLERIA, *Un episodio sconosciuto della vita di Mgr. Falcoia*: S. Alfonso 14 (1943) 116-118, cum fontibus Archivi Vaticani. - Item: O. GREGORIO, *Mons. Tommaso Falcoia* 289.

poteva intervenire a tal funzione. Et all'incontro due d'essi Sig.ri suddetti, cioè D. Ottavio e Sig. Catello, dovevano asportare il freno della giumenta bianca, ove cavalcava d° Mons.re: per la qual cosa restavano tre soli del Regimento per portare l'aste, laonde per comune assenso di tutti detti Sig.ri del Regimento hanno invitato tre altre persone per portare le dette tre aste, quali sono D. Giulio d'Apicello, D. Domenico d'Orsi e Giov. Btta d'Avitaya, e stimando che il d° invito per l'avvenire potesse partorire qualche pregiudizio alla città pred^a, per la qual cosa per ogni buon fine e per togliere ogni pregiudizio, si protestano che d° invito fatto alle dette tre aste del Pallio dalla sopradette persone è stato non mai per pregiudicare alla città sud^a e suoi Sig.ri del Regimento presenti e futuri, a' quali spetta et appartiene asportare l'asta del Pallio nell'ingresso del Vescovo, e ne meno per l'invito fatto delle dette tre persone nobili per acquistare ragioni in altra occasione di dovere invitare solo persone nobili, ma solamente essere atto facultativo di detti Sig.ri del Regimento di potere invitare ogni persona, tanto nobile quanto cittadina, col aste suddette che stimaranno adequate per l'asportare sud^o.

Requisiverunt nos propterea[?], ut de praedictis omnibus publicum conficere deberemus instrumentum. Nos autem... : unde...

Judice N.rio Antonio del Porto, regio ad contractus.

Mag.co Andrea Longobardo	}	testibus
Mag.co Didaco Longobardo		
Mag.co Petro Montagnaro		

II

*Capitulum Stabiense an. 1735 consignat notario locali rescriptum originale
S.C. de Concilio circa litem cum Rev.mo Falcoia.*

Arch. Not., Napoli. Antonio de Porto, an. 1735, f. 301-303.

[*Ad instrumenti oram:*] Rev.mo Capitolo Stabiese. Praesentatio decreti S.C.T.

Die vigesima septima m.s augusti mill.mo septing.mo trigesimo quinto in civitate Castri Maris de Stabia.

Avanti di noi Regio not^o, giudice a contratto, e testimonij e nella nostra Curia se ne sono comparsi li R.mi Sig.ri D. Domenico d'Amore e D. Rogato de Rogatis, cantore e decano del R.mo Capitolo di questa città, e fattone intendere come per la lite vertente tra Mons.re Ill.mo di d^a città nella S.C. del Concilio di Trento e dalla medesima ottenutone il decreto. E dubitando che non si disperda, caute agendo e per futura loro cautela de' Sig.ri Can.ci ed in futurum Capitolari di d° R.mo Capitolo et ad futuram rei memoriam, hanno dato e consegnato in potere di me pred^o Not^o, affine di questo conservare con potestà di poterne estrarre una o più copie, ed è del tenor seguente, videlicet: [Vide infra].

De quibus omnibus, praedicti R.mi D.ni D. Dom.cus d'Amore et D. Ro-

gatus de Rogatis requisiverunt nos, ut praedictis omnibus publicum conficere deberemus actum... Nos autem... : unde...

Praesentibus Iudice Marino Raffone, Regio ad contractus Stabiensi.

M.co Januario Bruno Nuceriae Paganorum	} testibus
M.co Michaële Donnarumma de Graniano	
M.co Ianuario Grosso	

[*Textus rescripti originalis*]

Castri Maris servitij Chori.

Supplici libello Sacrae huic Cong.ni porrecto, quo E.pus exponens Capitulum Cathedralis Ecclesiae octodecim Dignitatibus et Canonicis, novem presbyteris ac tribus Hebdomadarijs, quos vocant supranumerarios, constare, sed ejusdem Ecclesiae servitio decem dumtaxat et illis unaquaque hebdomada etiam Adventus et Quadragesimae, ut ajunt, per turnum seu tertiaria incumbere, ita ut divino cultui satis consultum non esset, et pontificales functiones ex ministrorum defectu quandoque rite peragi nequirent, postulaverat huic deformitati aliquod parari remedium. Sacra Congregatio die 6 Februarii 1734 sequens dedit responsum: « Scribatur E.po ut servari faciat dispositionem Sacri Concilii Tridentini, non permittendo vacationes ultra tres menses, ita tamen etiam [*sic*] ut canonici iis frui nequeant tempore Adventus et Quadragesimae, aliisque excipi solitis iuxta alia decreta, et duae saltem ex tribus partibus semper Choro intersint ».

Verum quia canonici ceterique ex memorata ecclesia Capitulares huic decreto non acquiescentes, die 27 Februarij 1734 obtinuerunt rescribi: « Audiantur, et reproponatur in prima post Cineres, ita tamen ut tempore Quadragesimae omnes inserviant ». Utentes hodie impetrato novae audientiae beneficio nonnulla proferunt documenta, ex quibus satis constare putant Vicarium quemdam Apostolicum ante annum 1587, inspecta aëris insalubritate ac tenui reddituum assignatione statuisse, ut Chori servitium a canonicis et presbyteris per turnum vel tertiariam praestaretur, idemque post hac perpetuo fuisse servatum, quin et accessisse in eiusdem consuetudinis approbationem tum vetera, tum sequiora a pluribus Episcopis in actu Sacrae Visitationis edita decreta, et praesertim anno 1698 ab E.po Annibale de Petropaulo in haec verba prolatum: « Et pro bono regimine Chori nostrae Cathedralis Ecclesiae et pro maiori gloria et cultu Dei nostrum Rev.mum Capitulum debeat conservare et continuare, sicuti in antea in praeteritum tres Hebdomadas divisas, cum novem etiam divisis Hebdomadarijs iuxta solitum; adduntque praeterea se graviori plane servitio non esse onerandos, cum proventus qui in solis quotidianis distributionibus consistunt, unicuique eorum contingentes triginta ducatos annuos non excedant ».

Porro ad hanc rem praestat animadvertere quod, licet canonici caeterique cathedralium vel collegiatarum servitio addicti singulis diebus Choro interesse ibique Horas Canonicas psallere teneantur iuxta textus expressos in Cap. Licet de Praesen., in Cap. Inter quattuor, in Cap. fin. de Cleric. nom.

resid. et in Cap. unico eodem tit° in 6 Clement. 5 de celebr. Miss. et in Sacro Concilio Tridentino, Sess. 2, cap. 12, de Reg.: attamen in nonnullis ecclesiis, attenta praesertim proventuum tenuitate, receptum est ut illarum canonicis et capitulares per turnum sive, ut aiunt, per hebdomadas Choro et Ecclesiae inserviant, uti cum aliis tradit card. de Luca, de canonic. disc. 11 per tot.

Bina autem prae caeteris conferunt Sacrae huius Congregationis decreta. In Cassanen. Episcopus, sublata veteri consuetudine in Cathedrali Ecclesia vigente, qualibet hebdomada alternatim inserviendi, praeceperat ut omnes canonici alique sacerdotes memoratae Ecclesiae adscripti singulis diebus Choro interessent, Ecclesiae servitio incumberent. Sed cum Capitulum, exposita gravi illius inopia ob reddituum tenuitatem, postulasset praefatam consuetudinem ad pristinum statum redintegrari, Sacra Congregatio sub mense Junij 1589 respondit: « Modum interveniendi per hebdomadam non esse sublatum a Concilio, dum tamen novem mensibus integris Ecclesiae inserviat, iuxta Cap. 12, Sess. 24, de Reg., ut in lib. 6 Decr. pag. 10.

In Cathacen. vero servitij Chori. - Capitulo Cathedralis Ecclesiae, quod ex quattuor dignitatibus, binis praebendis[?] et quattuordecim canonicatibus componitur, apud Sacram Congregationem conquerente, improbatam fuisse ab Episcopo uti Sacro Concilio Tridentino contrariam consuetudinem, qua omnes illius Dignitates et can. ci diebus quidem Dominicis et solemnioribus Choro Ecclesiaeque inserviebant, sed aliis diebus alternatim, nempe tertia illorum pars diebus Lunae et Martij, tertia diebus Mercurij et Iovis, et alia tandem tertia diebus Veneris et Sabbati, atque contententes praefatam consuetudinem aequitati consonam esse, eo quia singuli can. ci duamtaxat annuos ducatos quinquaginta perciperent, disceptatum fuit Dubium: An liceat capitularibus inservire per tertiam in casu. Cui Sacra Congregatio die 25 Decembris respondit: Negative, ut in lib. 48, Decr. p. 567.

At reproposita Causa die 5 Septembris 1699 ad instantiam eiusdem Capituli sub consueto dubio: An esset standum vel recedendum a decisis. Sacra Congregatio stetit in decisis, sed attenta tenuitate reddituum censuit ex gratia indulgendum esse, prout benigne indulisit praefatis Capitularibus, ut toto anni tempore per mediarias, is est, dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missae, Matutino et omnibus Horis interesse valeant: ita tamen ne diebus Dominicis et Festis de praecepto, tempore Adventus et Quadragesimae ac octavarum Nativitatis D. ni, Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu Christi ac Sanctissimi Corporis Christi ultra medietatem Capitularium, qui non erunt de servitio, Missae et Vesperis inservire teneantur, ut in lib. 49, Decr. p. 311 et 312.

Hisce igitur perspectis, dignabuntur Eminentiae V. V. respondere: An sit standum vel recedendum a decisis in casu.

[*Alia manu:*] Die 30 Julij 1735. Sacra Congregatio E. morum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum stetit in decisis, sed ex gratia indulgendum esse, prout benigne indulisit, supradictis capitularibus Oratoribus ad formam supra dicti Rescripti editi in Cathacen. servitij Chori 5.

sept.bris 1699, ut toto anni tempore per mediarias, id est, per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missae, Matutino et omnibus Horis interesse valeant: ita tamen, ut diebus Dominicis et Festis de praecepto, tempore Adventus et Quadragesimae ac octavarum Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis ac Sanctissimi Corporis X.pti ultra medietatem Capitularium, qui non erunt de servitio, Missae et Vesperis inservire teneantur.

A[ibertus Guidoboni] Arch.s Philippen., Sec.rius
C[urzio] Card. Origo, Praefectus

[Adest sigillum]

III

*Protestatio contra Rev.mum Falcoiam an. 1737 signata
a Sodalitio Stabiensi S. Catharinae.*

Arch. Not., Napoli. Antonio de Porto, an. 1737, f. 4v-7.

[Ad instrumenti oram:] Ven.lis Cong.nis S. Catharinae protestatio contra Episcopum Stabiensem.

Eodem die primo m.s Januarij mill.mo septing.mo trigesimo septimo in civitate Castri Maris de Stabia.

Avanti l'III.mo e R.mo Monsig.r Falcoja, Vescovo di questa città di Castellammare comparono [sic] il Prefetto e Fratelli de Deputati Eletti in piena Congregazione di S. Catarina di questa città, tutte persone laiche, così nelli proprij loro nomi, come ancora rappresentanti la d^a Congregazione fondata... di Regio beneplacito assenso, e dicono come ieri l'ultimo di dicembre corrente anno 1736 è stato affissato ex abrupto e senza veruna precedente giuridica monizione un interdetto (13), sottoscritto da esso Ill.mo Monsig.re Vescovo, non già dal suo Vicario Generale, a cui spetta la cognizione delle cause contenziose per essere perito nella legge: e la causa che si esprime nel sud^o interdetto si è perché abbiano eletto per loro Padre un canonico della cattedrale, doppo essere stata tenuta essa Congregazione sempre o quasi sempre da canonici della med^a cattedrale: il quale canonico eletto ha sempre assistito alla med^a in luogo di un altro canonico, e per l'assenza del med^o n'è stato eletto. E perché l'elettione di un simile Padre è stata sempre libera di essi Fratelli e non possono essere coartati a fare l'elettione ad arbitrio del Vescovo pro tempore, e non esserci stato esempio che i Vescovi precedenti si siano inseriti nell'elettione predetta, che perciò vengono gravissimamente

(13) Probabiliter interdictum habebat relationem cum actu notarili praecedente: « Die 26 m.s. octobris an. 1736. Ad istanza... per parte di D. Francesco Longobardo, Prefetto della Ven. Confraternita di S. Caterina vergine e martire, eretta sotto il tit^o di nostra S.ra della Pietà..., essendosi eretta di nuovo dalle fundamenta la d^a Ven. Confraternita e sotto di essa nuove sepulture con terra santa per ivi sotterrarsi i cadaveri di tutti i Fratelli della med^a, e bisognando quella prima benedirsi dall'III.mo Mons.r Vesc^o o dal suo Vic^o Gen., al quale si è fatto istanza e pregato volersi prestare di persona: esendosi compiaciuto con somma bontà e carità il sud^o Rev.do Sig. Vic^o Gen., Sig. D. Onofrio Cavallaro della città di Lettere, al presente esercitando la sud^a carica, unito con il Rev.do D. Andrea del Giudice, maestro di cerimonie di d^o Ill.mo Vesc^o. - Arch. Not., Ferdinando Grosso, an. 1736, f. 38. - Praesentibus itaque quinque sacerdotibus peracta est ritualis benedictio, de qua similiter confectus fuit actus notarilis.

gravati e turbati de facto nel legittimo et antico possesso, di cui non v'è memoria in contrario.

